



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Nucleus Juris Canonici**

**Thenhaven, Bernhard**  
**Coloniæ Agrippinæ, 1739**

XV. De Commodato. D. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

„ nique statuit Trident. *sess. 24. de Ref. c. 11.*  
 „ Omnes locationes, si anticipatis solu-  
 „ tionibus fiant à Clericis, nullatenus in  
 „ præjudicium successorum validæ intel-  
 „ ligantur. Unde successor locationi ab  
 „ antecessore factæ, etiam ante lapsum trien-  
 „ nii, stare non tenetur, quia in beneficio  
 „ succedit jure novo, non jure antecessoris,  
 „ non enim consequitur jus à defuncto sicut  
 „ hæres, sed à Superiore, à quo habet insti-  
 „ tutionem; nisi in utilitatem Ecclesiæ cum  
 „ consensu Superioris diuturnior locatio  
 „ facta fuerit, ut decernitur *L. 5. T. 4. c. 4.*

*Quid possint Prælati Regulares in alie-  
 natione bonorum Monasterii?* Eorum Pri-  
 vilegia & consuetudines sunt attendenda.

### TITULUS XIV. XV. & XVI.

*De Precariis, Commodato, & De-  
 posito.*

I. **P**RECARIÆ dicuntur contractus à jure  
 Canonico introductus, (qui tamen  
 hodie penitus in usu esse desin-  
 alicui ad preces causâ remunerationis, vel  
 ob factam promissionem tempore mortis  
 benefaciendi cum ordinaria alienationis  
 solemnitate fundus vel res Ecclesiæ ad  
 tempus aut dies vitæ gratis vel sub annua  
 pensione conceduntur. Circa quas statui-